Bielefeld, Prussia – Gymnasium.

Bericht

über das

Gymnasium in Bielefeld

von

Ostern 1854 bis Ostern 1855,

womit

zu der auf den 2. und 3. April festgesetzten

öffentlichen Prüfung der Zöglinge dieser Anstalt

ergebenst einladet

Dr. C. Schmidt,
Königlicher Professor und Director des Gymnasiums.

Es geht voraus eine Abhandlung des Dr. Liesegang:

De extrema Odysseae parte dissertatio.

Bielefeld, 1855.

Druck von Velhagen und Klasing.

De extrema Odysseae parte dissertatio.

Quum homerica carmina per aliquot fortasse secula litteris non consignata apud omnes fere in A
uropaque Graecos canerentur, fieri non potuit, quin et ipsis multae adspergerentur labes, et multis reb
ıutatis novatisque nobis summa veram atque genuinam formam eruendi existeret difficultas. Etenim
ates illos antiquissimos secuti sunt poëtae, Homeridas dico et qui postea fuerunt rhapsodi, quum
liis tum in extremis utriusque carminis partibus multa de suo adiecisse videntur. Quod quidem eo fa
us et fieri et latere potuit, quum Graeci quaecunque homerici ingenii quandam habebant similitudin
ummo cum studio summaque cum voluptate audirent, et criticae artis per multa secula omnino ess
udes. Simulatque vero tempore Ptolemaeorum critica illa ars exerceri atque excoli coepta est, critici
Alexandrini, quippe qui in Homero explicando et interpretando summam operam industriamque ponere
qua fuerunt acie mentis, ingenii subtilitate, non omnes eorum carminum partes eiusdem temporis e
acile intellexerunt. Prohibiti quidem sunt tum pietate, qua omnes Graeci divinum poëtam colebant, t
alsa, quam de antiquissimorum carminum primordiis habebant opinione, quo minus multa ab Homero
udicarent: at si quid vel aliis locis repugnabat, vel a narrandi ratione sive more verborum, quem dilig
issime observaverant, abhorrebat, vel arte poëtae indignum esse videbatur: eos locos delere at
ollere non dubitaverunt. In postrema igitur Iliadis parte multis rebus sunt offensi, multa notarunt, m
lelenda esse censuerunt; totam ut Homero abrogarent, animum inducere non potuerunt. Duas rhap
lias ab Alexandrinis totas esse reiectas diserte est traditum: Doloneam atque postremam Odyss
artem inde a rh. ψ v. 297. Atque Doloneam quidem Pisistratidarum demum tempore corpori qu
carminum homericorum esse adiectam sive fama sive memoria quadam obscura accepisse videntur. Id
ortasse de epilogo Odysseae erit statuendum. Quaecunque enim Alexandrinis in illo displicebant,
omnia ad alteram tantum necyam pertinent, ita ut, nisi et a scholiastis et ab Eustathio uno ore es
raditum, illam partem totam ab Alexandrinis esse improbatam; cetera ab iis intacta fuisse relicta forta
uspicandum foret. At haec clarissimorum virorum sententia, Aristophanem dico atque Aristarch
doctissimos illo tempore Homeri existimatores, apud aequales posterosque multo plures adversario
vituperatores quam laudatores et asseclas invenit. Atque illi minore sine dubio ingenio indoleque pr
diti, quod summi grammatici statuerant rectissime, levissimis haud raro et prorsus futilibus argume
refellebant. Vel Eustathius, qui quae alii de Homero scripserant non tam prudenter et ingeniose qu

diligenter et laboriose in unum quasi corpus collegit, hisce viris, quos ipse τῶν τότε γραμματι- κορυφαίους vocat, ineptissimis sane de causis adversatur. Posteaquam autem ante hos sexaginta an- Wolfius, philologiae recentioris facile princeps, quum aliis nostrae disciplinae partibus tum Homero no- quasi lucem affudit: tum demum quaestiones homericae, gravissimae illae et difficillimae, summis viro- doctorum studiis agitari atque versari coeptae sunt. Neque postea, praesertim in Germania, defuer- qui in via a Wolfio munita longius progrederentur, qui singula quaeque diligenter perscrutati sente- a Wolfio propositam novis novisque argumentis comprobarent, aut, quae fortasse minus recte statue- refutarent. De extrema autem Odysseae parte, de qua scribere mihi propositum est, egregie me- Fr. Aug. Guil. Spohn[1]), qui primus sententiam Aristarchi, antea paene incognitam et neglectam, de- confirmavit. A quo plurimas res, quibus recentior hujus partis origo probetur, recte esse explica- haud ignoro, nonnullas tamen, quae et ipsae haud parvi momenti essent, omisit, in paucis ejus sen- tiam falsam esse putavi. Qui quamvis summa eruditione, summa diligentia hanc quaestionem institu- et paene jam profligasse videatur: tamen etiam nunc multi Aristarcho repugnant. Nemo opinor nos- tempore necyiae istius secundae suscipiet patrocinium, at alia contra defensores, eosque haud sp- nendos habuerunt.[2]) Eo igitur consilio, ut summorum grammaticorum sententiam a Spohnio repetit- atque comprobatam, quantum in me, etiam magis confirmarem: quae ipse diligentissima hujus part- lectione observaveram, litteris mandare constitui. Qua in re ita a ratione, quam Sp. secutus est, disce- dam, ut suo quamque partem loco tractem, ut de versibus, quibus offendor, deinceps agam. Neque ver- mihi in animo est quae Sp. jam bene exposuit persequi, ea tribus verbis indicasse sat erit; quae omis- ea copiosius explicabo.

Jam vero discernuntur vulgo duo argumentorum genera, ex quibus de vetustiore recentiore- aetate, qua quaelibet carminum h. pars exorta sit, judicium ferre liceat. Alterum inest in rebus, alteru- in verbis. Illud versatur in rebus geographicis, historicis, mythologicis aliisque id genus. Demonstra- eam personarum, terrarum, deorum cognitionem et scientiam, quam in quadam parte deprehendas, ab omnibus aliis esse alienam. Plerasque ejusmodi res jam a Sp. bene expositas brevissime tractabo, nisi forte ab ejus opinione mihi recedendum erit.

Multo majorem vim inesse puto in eo genere, quod secundo loco posui, scilicet in argumentis, quae a sermone, verbis vocabulisque repetuntur. Quamvis enim multa in homericis carminibus a rhap- sodis sint mutata, tamen etiam nunc haud pauca sunt, unde de cuiusque carminis aetate conjecturam facere liceat: at summa opus est diligentia, summa cautione, ne levibus parvisque rebus nimium tri- buendo totam nostram agendi rationem reddamus suspectam. Multi, opinor, errarunt eo, quod illis vocabulis, quae semel tantum apud H. inveniuntur nimiam anctoritatem concedebant. Etenim multi

[1]) commentatio de extrema Od. parte inde a rhapsodiae Ψ versu CCXLVII aevo recentiore orta quam homerico. Lipsiae 1816.

[2]) B. Thiersch Urgestalt der Odyssee. Königsb. 1821 p. 93—122 rh. ω vv. 212—380 tuetur.
Otfr. Müller griech. Lit. gesch. I, 104.
G. W. Nitzsch: Erkl. Anm. zu Hs. Od. II p. LXII sq. qui nescio an ab sua sententia discesserit, cf. Die Sagenpoësie der Griechen. Braunschw. 1852 p. 151.

modi vocabula etiam in antiquissimis partibus sunt. In hac autem parte non pauca invenies, quibus icio excitetur. Omnia illa *ἅπαξ εἰρημένα* Sp.[1]) collegit, ea tantum commemorabo, quae mihi magni nenti esse videantur.[2])

Multo maiorem diligentiam adhibendam esse putavi in vi atque constructione, quam vocant, verborum scrutanda. Etenim si haec extrema pars (id quod mihi persuasissimum est) longo temporis spatio teris plerisque est sejuncta, dicendi genus, mos verborum ab Homero valde discrepabit.

Constat deinde quaedam vocabula Iliadis esse propria, neque ea in Od. inveniri, alia contra esse sseae: id quod jam ab Alexandrinis plus semel est notatum.[3]) Neque vero singulo cuique voca- o magnum tribuo, sed ipsa eorum multitudine haec extrema Od. pars in suspicionem vocatur. Quod em quaedam vocabula Il., alia Od. propria sunt, non mirum videri potest reputantibus non uno tempore ue fortasse etiam non uno loco Il. et Od. esse ortas. At hac in re hujus partis sive auctor sive tores, quippe qui Il. vel bene memoria tenerent vel, id quod mihi veri esse similius videtur, litteris n mandatam legerent, ab usu, quem qui Od. pepigerunt, retinuerant, saepissime vel inviti aberrarunt. ia vocabula, quae neque in Il. neque in Od. reperiuntur, in Hesiodo hymnisque, qui vulgo homerici cantur, invenies: e quibus, quid sit colligendum, sponte apparet. Pauca vel hymnis illis recentiora sunt.

Quam parva vero virtute poëtica nedum homerica nostri fuerint, inde potissimum perspicietur, uod vix credibilem versuum homericorum numerum adhibuerunt. Qui numerus est tantus, ut quidam ci centoni homerico sint simillimi.[4]) Bene, arbitror, Homerum edidicerant. Quamobrem in carmine ciendo simulatque meminerunt eandem similemve rem iam esse descriptam, desperantes fortasse fore, t divinum poëtae ingenium adaequarent atque superarent, sibi quin eosdem versus suo operi immisce- ent, temperare non potuere. Neque solum totis versibus homericis sunt usi, sed etiam saepissime ex luobus unum conflaverunt. Quum autem tanta aliorum versus suos faciendi tenerentur cupiditate, haud emel turpissime sunt lapsi. Interdum enim versus repetiverunt tam inepte, ut contextu verborum atque onformatione, quae antea fuerat, deletis ipsorum versus fierent obscurissimi, ut perspicuitate illa home- ica neglecta ex laqueis, ut ita dicam, in quas inciderant, vix se explicare atque expedire possent, denique it ipsa hac obscuritate furtum appareret. Cuius rei exemplum unum eumque luculentissimum iam hoc oco mihi afferre liceat. In rh. ω 408 legimus: *ὡς φάϑ'* (Ulixes) *ὁ* (Dolius) *δ' αὖτις ἄρ' ἕζετ' ἐυξέστου πὶ δίφρου.* At antea nondum sedit Dolius. Quae res Eustathium quidem fugit, non fugit Faesium: sed am non recte explicuit. Suspicatus sum hunc quoque versum aliunde esse petitum, quumque diu

1) Sp. l. l. p. 157—183.

2) cf. Friedländer: über die krit. Benutzung der hom. *ἅπαξ εἰρημένα* in Schneidew. Philol. 1851 p. 228 sqq

3) rh. Ω, quae procul dubio in multis rebus ab Iliade est aliena, mirum quot vocabula cum Od. sunt communia, sunt enim haec: *ἀεικείη, δηλήμων, ἐύσκοπος, κάλλιον, ἄριστον, ἔσω, φύρω, ϑυοσκόος, ἐσέδρακον ὑπηνήτης, ἀνάρσιοι, ἄποτμος, μελεϊστί, ἀγαπάζω, εἴσειμι, τηλίκος, πρῆξις, ἀμμίξας, γενετή, γονή, ἄνω ὄλβιος, ἐκκαλέω, ἄργυφος, δέμνια, λύσις, δάος, κλαυϑμός, ῥυστάζω, κατεστόρεσαν.* (*ἔσϑος* hy. Sol. 13 *κάλυμμα* hy. Cer. 42, *λωβητός* Hes. Sc. 366.)

4) cf. recensum a Sp. confectum p. 215—220. Locupletior ejusmodi index huic dissertationi addetur. — In Il. Ω centum, in Θ multo plures ejusmodi versus sunt, utraque vero rhapsodia aliis quoque de causis in suspicionem vocatur.

frustra operam impendissem, proprium hujus versus locum reperi. Est enim ex rh. ρ 602, ibique be se res habet. Eumaeus enim, qui antea jam sederat, αὖτις ἄρ' ἕζετ' ἐυξέστου ἐπὶ δίφρου. Nostro aut loco explicari nullo modo potest. — Neque illud urgendum esse putavi, quod nostri iis quoque versib sunt usi, quos saepissime in carminibus h. invenimus, quamvis etiam eos tam saepe usurpent, ut reprehensionem incurrant. Constat enim in omnibus omnium populorum carminibus antiquissimis quo dam versus, quasdam verborum coniunctiones, quasdam ut ita dicam loquendi formulas frequentissim esse. Iis vates illi in carminibus vel pangendis vel ex tempore canendis valde adiuti fuisse, eos si ab a carmine ad aliud erat transeundum, adhibuisse videntur. Itaque etiam nunc ex eiusmodi versibus singul quibus ut Iliadem ita Odysseam quoque compositam esse veri simillimum est, carmina haud raro constit possunt. Versantur autem hi versus, hae formulae in rebus usitatissimis, quarum mentio fit saepissim describendis, velut in edendo, bibendo, in hostiis immolandis, in navibus sive deducendis sive subd cendis, in armis induendis aliisque id genus. Quibus ex formulis ut ante Homerum tota poësis Graecoru videtur constitisse: ita eae etiam Homeri tempore nondum interierunt, imo in scholis Homeridarum, velustioribus rhapsodis nunquam non diligentissime et constantissime servatae sunt[1]). Posterior demum poëtae eam assecuti sunt sermonis vel libertatem vel licentiam, ut (id quod a nostris saepissim factum est) eiusmodi formulas negligerent. Ex hoc vetustissimorum more epicorum explicatur, quomod factum sit, ut multa adiectiva non nisi cum uno duobusve substantivis coniungerentur, ut quorundam v singuli tantum usurparentur casus, ut quaedam vocabula quasi certam atque statutam in versu sede occuparent. Cuius rei innumera fere sunt exempla, pauca afferam, ne quis me leviter temereque hisc minutis rebus aliquid tribuisse dicat. In fine versus semper sunt posita vv haec: αἶα, θεῶ, ἀέλλη, ἀγορη τής, πολεμιστής (exc. vocat.), ἐγγυαλίζω (exc. Θ 318) ἀπονέεσθαι, χαλκοκορυστής, ἀσπιστάων, νόημα θαμειαί (άς), θεοειδής, ἀκουή, δειδίσσεσθαι, ἀρήγω aliaque permulta. Certam autem de hac re statuer regulam est difficillimum. Hoc mihi videor animadvertisse: vocabula, quae exeunt in bacchium, in fin versus fere semper ponuntur: ultima syllaba correpta medium quoque tenent locum, ita ut caesura il κατὰ τρίτον τροχαῖον efficiatur. Velut adiectiva ἀλεγεινός et ἐρατεινός, si ultima syllaba est long versum claudunt, sin minus, secus est. Simili igitur modo quae iam enumerabo vv. versum claudunt μεγαίρω, μεγήρας, μενεαίνω (εις ει ων), χαλεπαίνω (εις etc.), μερμηρίζω, ἐῴκει, ἐοικώς, ἐίκτην, εἴσκω (exc Γ 197), φυλάσσω (εις ει etc.), (exc. ο 35, ξ 107 sequente particula enclitica τε), ἱκάνω (exc. Σ 38 Ω 501, ω 281, quae rhapsodiae suspicione minime carent) ἵκωμαι, ἵκηαι etc., ἱκοίμην, ἱκέσθαι, ἱκέσθ ἱκέσθην (exc. ο 345, υ 219 ultima syllaba correpta), ἴδωμαι, ἴδηαι, ἴδηται, ἰδέσθαι (exc. Φ 61, Τ 14 ξ 143, ψ 107 ultima syll. correpta); μάχονται, μάχωμαι etc., μαχοίμην. Plus fere sexcenties invenie infinitivum μάχεσθαι sed semper in fine versus, duobus tantummodo, nisi fallor, exceptis locis Ζ 7 particula enclitica τε sequente et χ 214 ultima syllaba correpta. Operae pretium esse puto eo consili

---

1) Bernhardy Gr. d. gr. L. I. (ed. 2) p 240. 245. 270. Hoffm. qu. hom. Clausth. 42: postremo quod maximum est, multa paene iisdem verbis et quasi formulis narrandi describuntur, et idem de carm. h: formuli dicendi quamvis non abstineat, tamen in commissuris tantum et in iis rebus enarrandis utitur, in quibus ineptum est magnum spectare.

tum Homerum diligenter perlegere, sed est res multi laboris nec non cuiusdam taedii. Hoc loco agna exemplorum multitudine paucissima haec delibasse sat erit.

At sunt, qui contendant [1]) nos hac extrema parte nullo modo carere posse, Laertae toties in Ody ›a fieri mentionem, ut ab eo quoque Ulixes agnoscatur sit necesse; anxios nos haerere de Ulixis so iimis Ithacensium non conciliatis. Quibus de rebus quid sit statuendum, videamus. Atque prim aertes saepe quidem in Odyssea commemoratur, nunquam autem ante oculos nostros proponitur. Q pus, ut Ulixes, qui post viginti annos tandem ad quietem laborum periculorumque pervenit, nosq am eo denuo in agrum ad novas pugnas abripiamur? Deinde quam inepte haec rusticatio a poëta i ituta sit, tecum consideres. Quam ob rem non remansit Ulixes in palatio suo? num populus pro ivet? (cf. π 375 sqq.) Minime vero: multos igitur Ulixis causam secuturos fuisse apparet. Praete auci tantum proci ex Ithaca erant oriundi. Cur igitur Ulixes suis partibus turpiter fere desertis etit? Jam qui ipsi favebant consilii inopes duceque carentes, quod vulgo fieri solet, nil egerunt: ersarii contra eum sine dubio oppressissent, nisi deus ex machina, ut aiunt, opem tulisset. Postre um prudentis est domum fidamque uxorem nullo praesidio relicto inimicorum iniuriis obiicere? non imendum, ne procorum propinqui furore inflammati a Penelopa poenas domestici sanguinis exp int? Atque haec imprudentia tribuitur Ulixi, qui in carminibus h. nunquam non quasi summae p lentiae exemplar proponitur! Jam ad alterum, quod dicunt, erit respondendum: nisi Ithacensibus U onciliatis Odysseam terminari non posse. At unde, quaeso, hoc colligunt? Per totam Odysseam, un luosve locos si exceperis, eam deprehendes opinionem procis interfectis rem esse transactam. Pro um igitur caedes usque disertissime commemoratur, nusquam vero neque Ulixes et Telemachus ne linerva Juppiterque neque Penelopa Helenaque ne suspicantur quidem fieri posse, ut in multo mai juam quod in procis occidendis subierant vitae discrimen, a propinquis occisorum, quos in cubiculo lusos aggrediendi nulla esset facultas, Acrisiadae vocentur [1]). Duo tantum loci omnibus ceteris viden epugnare. Unus est υ 41, ubi Ulixes ad Minervam haec: εἴπερ γὰρ κτείναιμι (sc. procos) Διός ιέθεν τε ἕκητι, πῇ κεν ὑπεκπροφύγοιμι; τά σε φράζεσθαι ἄνωγα. At vv. 41—43 sunt delendi. Quo ntiquior aliquis poëta fecisset, eosdem sine dubio homericum morem secutus etiam versui 33 adiecis lter, de quo agitur, locus est in rh. ψ 117—122, in quem idem fere valet, eiicias vv. 117—152 et nulto melius se habebit. Procul dubio hi versus ab Aristarcho quoque fuerunt notati, quum extre)dysseae parte deleta hi versus retineri atque defendi omnino non possint. Huc accedit, quod istis v ibus sublatis liberatur Odyssea consilio isto prudentis Ulixis ineptissimo, quo, caedes ne patefiat, Te

---

[1]) Nitzsch. Erkl. Anm. II. p. XXXV: „nach der jetzigen Gestalt des Gedichtes ist die darin begriffene A öhnung mit dem Volke als vorbereitet und wesentlich zu betrachten, und auch die Erkennung durch Laertes icht wohl fehlen."

[2]) cf. α 293—296, β 45, γ 205. 223, δ 333 sqq ε 23, ν 376, ξ 110. 162, ο 174 sqq., 523 π 99 sq. 168. 393, ρ 79 sq. 159. 539, σ 149 sq., τ 2. 488. 550. 557. 580, υ 28. 225. 232 sqq. 368.

machus et pastores cum ancillis saltare iubentur. Additi sunt fortasse ab eodem, qui epilogum hunc pissimum Odysseae adiunxit.

Iam vero fac eam partem, qua pugna cum Ithacensibus commissa et pax Minervae opera con tuta continentur, quam pessime esse institutam etiam qui defendunt non negant: fac igitur hanc part esse vetustam, genuinam, necessariam (sic enim fere loqui solent): num viri doctissimi iam Ulixi timent? num putant hac extrema parte audita Graecos de Ulixis sorte securos fuisse? (cf. ω 354. 35 Pax enim illa nisi fallor facta est cum Ithacensibus, non cum Dulichiensibus, Zacynthiis, Samiis, q insulae et magnitudine et hominum multitudine Ithacam longe superabant. Quid? nonne timemus ne his quoque poenae caedis repetantur? ne denuo Acrisiadae in summo periculo versentur? non i rum iterumque opus erit Minerva illa conciliatrice?

Sed haec hactenus. Non enim sum nescius de eiusmodi rebus, quae ad aestheticam quam voc artem referuntur, haud raro in utramque partem bene atque probabiliter disputari posse [1]). Sit haec pa genuina, sit necessaria. At, qualis quidem nunc est, non est vetusta. Quid? si recentissimo dem tempore, Solonis fortasse, est orta? Num aestheticae artis legibus adhibebimus fidem, quibus nos carere non posse ideoque eam esse genuinam atque vetustam doceamur? Quamquam, qui defendit ea Nitzschius vir doctissimus deque studiis homericis optime meritus nescio an se iam ipse refutaverit. I enim de cyclicis haec [2]): „Hier gilt es uns nur zu beachten, wie dieselben ohne eine Lücke zu lasse aber auch ohne irgend überzugreifen, ihre Gedichte neben die Ilias und Odyssee gestellt haben. Kein von ihnen wagte es, die gleichsam heiligen Gebiete zu betreten; nur in der Bildung einzelner Theile e ferten sie den schon damals bewunderten Mustern nach. Dagegen trug Lesches gegen Arktinos nic solche Scheu" Quae res ut recte se habeat, quid inde sequatur, haud difficile erit ad diiudicandu Argumentum Telegoneae, quae Odysseam excepit, est hoc: οἱ μνήστορες ὑπὸ τῶν προσηκόντων θα πτονται καὶ Ὀδυσσεὺς θύσας νύμφαις εἰς Ἦλιν ἀποπλεῖ. At procorum sepultura iam est narrata ω 413—41 Nostram igitur partem si Eugammon cognovisset, num a procis sepeliendis esset orsus? cum Home ipso ut contenderet, animum inducturus fuisset? Minime vero. Eius igitur tempore, atque fuit quide circa Ol. LIII, haec pars Odysseae nondum adiecta fuit.

Iam vero ad ipsam accedamus rem. Atque primum quidem consideres, quam parum apte haec ex trema pars iis, quae antecedunt, sit adnexa. Concubia nox iam dudum praeteriit, Auroram iamiam or turam retinuit Minerva (ψ 243), ut Ulixes Penelopeque somno frui possent. Nihilosecius, posteaquam ia Tiresiae illam vaticinationem Ulixes cum Penelopa communicavit, denuo longissimum instituitur co loquium. Silentio praeteribo, quod magnus versuum numerus aliunde est depromtus. Ab v. 300 u que ad v. 309 res bene se habet, est etiam quaedam concinnitas, etenim et Ulixis et Penelopae serm

---

[1]) Atque ipse Faesius, unius Od. defensor, habet haec: p. XXXIII: „die Erkennung des Laertes und die Au söhnung mit den Verwandten der Freier geht im Grunde über die Forderung des aesthetischen Interesses hinaus et „was weiter hinzukommt, dient mehr zur Befriedigung einer gewissen untergeordneten Neugier, als dass zum Gegenstande des Gedichtes selbst gehörte."

[2]) Erkl. Anm. II. p. XXIII.

ttuor uterque versibus continetur. Iam putamus eos dormire (309). At sequitur Odysseae epitome O—343), quam ῥητορικὴν vocant ἀνακεφαλαίωσιν, qua ipsa, quam ineptum poëtae consilium, quam ıensae longitudinis illa nox fuerit, vel inviti admonemur. Qua in re non possum non praedicare starchi incorruptum atque integrum iudicium, qui in ipsa hac parte spuria ἀνακεφαλαίωσιν istam topere dilaudatam interpolatori sive diasceustae deberi statuit rectissime. Versus postremus 342, ɜrpolationis occultandae causa, factus est ad similitudinem v. 309. Ceterum his versibus deletis non um nulla est lacuna, sed res multo melius se habere videtur. Adiecti sunt a quodam, cui vv. 5—308 dilatandi esse videbantur. A Graecis autem libenter sunt auditi, utpote qui quoque fere huius ·tis versu pulcherrimarum Odysseae partium admonerentur. Iam de singulis quibus offendimur rebus t agendum.

305. πολλὸς δὲ πίθων ἠφύσσετο οἶνος. v. ἀφύσσω coniungitur ab H. cum praepositionibus ἐκ, ἀπό, nusquam genetivus praepositione non adiecta ex hoc v. pendet. cf. Sp. p. 189.

320. πολυμηχανίην. ἅ. ἑ. habet quandam excusationem v. ἀμηχανίη (ι 295, Hes. Opp. 493). Nescio sit urgendum, quod apud H. nisi Ulixes nemo πολυμήχανος vocatur.

324. εἴσιδε πάντας ἑταίρους. Quosnam? omnes opinor ipsius socios, qui bello naufragioque rierant. Repugnat hic l. apertissime necyiae, nisi quis cum Eustathio ad artificium illud, quo poëta quid, quod erat dicendum, de industria silentio praetermisisse putatur, confugiat. Quo schemate haud ro falso veteres usos esse nuper docuit Schoemann [1]).

326. Σειρήνων ἀδινάων. quem Sp. scrupulum iniecit (p. 183), eum Buttm. (lexil.) non totum exemit. eterum cf. hy. Cer. 67. τῆς ἀδινὴν ὄπ' ἄκουσα δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο.

330. ψολόεντι κεραυνῷ (eadem verba ω 539). Sp. laudavit Hes. Sc. 422, Th. 515. Addas frg. ed. oettl. 49, hy. Ven. 289, batrach. 287. Nullum huius radicis v. est apud H.

vv. 334—343 ad unum fere omnes aliunde sunt depromti.

347. χρυσόθρονον ἠριγένειαν. Homerus sive antiquior quilibet poëta adiecisset ἠῶ. Unus qui huc ɔcari potest locus χ 197 v. ἠνίκα est suspectus, delendi sunt fortasse vv. χ 197—199.

348. ἵν' ἀνθρώποισι φόως φέροι. Solis luce et homines et di fruuntur atque delectantur cf. T 1, 1, ε1, B 48, γ 1, μ 385, Hes. Th. 372, hy. Sol. 8. Quamobrem h. l. deorum nulla fit mentio, qui alibi usquam non commemorantur?

368. ἔντε' ἀρήια. τεύχεα quidem apud H. vocantur ἀρήια, non item ἔντεα nisi h. l. et in Dolonea 408.

369. ἐθωρήσσοντο δὲ χαλκῷ. In tribus rebus haec ab homerico more verborum differunt. Primum nim nulla v. θ. forma habet augmentum, (B 526. 587, Γ 347, Δ 252, Θ 54, Λ 709, Π 218, Υ 329, ' 813) deinde dicitur quidem saepe sic: σὺν τεύχεσι θ., interdum etiam τεύχεσι θ., nunquam vero θ. αλκῷ, tum omnes huius v. formae, siquidem per syllabarum quam vocant quantitatem licet, postremum ι versu locum tenent, bis tantum medium, ita ut caesura quae κατὰ τρίτον τροχαῖον dicitur, efficiatur B 818, T 352).

Altera necyia (ω 1— 202).

oc loco minime apte posita est. Iam enim profecto metuimus Ulixi, quem ad gravissimum certame

[1]) de reticentia Homeri. Gryphisv. 53.

ineundum ex urbe egressum esse scimus (ψ 362). At ad inferorum sedes abrepti post longum demu tempus ad Ulixem reducimur. Qua in re, quo versu saepius in eiusmodi commissuris diasceuastae u sunt, eundem h. quoque l. invenimus (ω 203). Mihi non dubium esse videtur, quin haec necyia, qua redundare Aristarchus bene intellexit in eaque multa, quae cum H. discreparent, notavit, non eiusdem, q cetera perfecit, sit poëtae. At Pisistratidarum fortasse tempore duobus versibus (ω 203, 204) adiectis hae quoque pars Odysseae addita est. Quam ad conscribendam tempore, quod Pisistratidas proxime antece debat, mediocris ingenii poëtam duabus potissimum causis motum fuisse putamus. Primum enim bene an madverterat in multis Graecorum carminibus esse episodia, quae in sedibus inferorum describendis versa rentur, eaque ipsa a popularibus summa cum voluptate audiri[1]). Altera causa ex ipsa Od. est repetend Non enim eum fugit per totum carmen quasi comparationem institui Agamemnonis cum Ulixe, Clytaem nestrae cum Penelopa, Orestis cum Telemacho[2]). Quam comparationem ad finem usque perducere noste sibi proposuisse existimandus est. Quam parum autem ad H. virtutem laudemque accesserit, quam long ab vèrborum usu atque consuetudine discesserit, iam videamus.

1. Ar.: *τίς χρεία τοῦ δευτέρου τῆς νεκυίας ἐπεισοδίου;* et *ὅτι οὐκέτι καθ' Ὅμηρον ψυχοπομπὸ ὁ Ἑρμῆς. ἀλλ' οὐδὲ χθόνιος ὁ θεός. Κυλλήνιος δὲ οὐδαμοῦ εἴρηται. ἀλλὰ πῶς αἱ ψυχαὶ οὐκ αὐτόματοι κατίασιν ὡς ἐν Ἰλιάδι;* cf. Schol Ven. ad X 362 *ἡ ψυχὴ οὐ δεῖται τῆς Ἑρμοῦ παραπομπῆς). ἀλλ' αὐτα καὶ ἄταφοι κατίασιν.* Quae argumenta frustra lytici impugnabant atque refellebant.

Mercurium Cyllenium non novit H., est in hymnis cf. hy. Mer, 2, 304, 318, 387, 408., item sine Mercurio apud H. animae ad orcum descendunt. cf. Sp. p. 44. Mercurium istum animarum deducendarum munere fungentem, quem ab Aegyptiis Diodoro auctore (I, 76) Graeci acceperunt, nescio an deprehendas in hy. Merc. 572 sq.

ἐξεκαλεῖτο. unde? utrum ex aedibus Ulixis, (Eust.) an ex corporibus? Quod vero animae hominum nondum sepultorum ad orcum perveniunt atque cum ceteris animis colloquuntur: id mirum quantum discrepat cum H. cf. Ψ 71. Nemo enim opinor accedet Porphyrio, qui hanc repugnantiam *ἐκ τοῦ προσώπου* tollit. cf. Sch. Ven. B. ad Ψ 71. Cf. Nitzsch. erkl. Anm. III. p. 190 sq.

5. 7. *τρίζουσαι,* 9 *τετριγυῖαι.* In Iliade habes has formas: *τετρίγει, τετριγῶτας, τετριγυῖα* (Ψ 714, B 314, Ψ 101) atque ita quidem, ut tempus perfectum praesentis teneat locum. Hoc quoque loco nullum interest discrimen inter *τρίζουσαι* et *τετριγυῖαι,* quod secus se habiturum fuisse puto, si H. forma praesentis quoque temporis esset usus.

6—10. Sp. p. 210: „haec Od. pars — ea quoque egestate est conspicua, ut paene nullo niteat imaginum ornamento.“ Qua in re ne cupidius quam verius iudicaverit vereor. Sunt enim in tota Od. non amplius XXIX copiosiores comparationes multaeque rh. iis omnino carent (α, β, γ, η, λ, ξ, ο, σ,)[3])

11 sq. Ar: *ἀλλ' οὐδὲ ἔοικεν εἰς Ἄιδου λευκὴν εἶναι πέτραν.* Cui lyticus quidam respondet: *τὰ πρὸς*

---

[1]) Welker: der ep. Cycl. I. p. 259.

[2]) id. p. 297. Nitzsch. erkl. Anm. II. LXIII, III. p. 200, Sagenpoësie p. 113 sq. cf. α 35. 298, γ 197. 234. 248 sqq. 306, ν 383 sqq.

[3]) cf. A. de Velsen; de comp. hom. dissert. Berol. 49.

ἣν ἑσπέραν ἐστραμμένα αὐτῆς λευκαίνεται. Quae res utut se habet, inter omnes constat hos vv. ab ea uae H. est, inferorum notitia scientiaque longissime abhorrere. In rh. κ, λ, ubi Ulixis ad inferos naviatio copiosius narratur, neque huius saxi, neque solis portarum neque populi somniorum mentio fit [ulta disputarunt viri dd. de Leucade petra, qua Britanniam Barnesius, Sp. columnas Herculis significar uspicati sunt. Qua in re nescio an in eum inciderint errorem, quo tenentur, quicunque summa cum inustria „cursus duplicis per mare Ulixei" in tabulis geographicis depingunt. Non est quaerendum, ub abitaverint Phaeaces, quos ipse poëta de industria videtur occultasse, non quaerendum Cyclopes, gre:es Solis, Laestrygones, Circa, Calypso quas regiones incoluerint. De omnibus eiusmodi rebus poëtae il nisi obscuram quandam famam, Phoeniciorum fortasse nautarum fabulas, acceperunt; iis certam atque tatutam in orbe terrarum sedem tribuere neque voluerunt neque potuerunt. Eiusmodi vero res accuatius perscrutari solenni illa vetamur formula ἐννῆμαρ φερόμην (ι 82), qua certum quendam dierum nuaerum constitui veri simile non esse videtur. — δῆμον ὀνείρων. noster Hesiodum (Th. 758 sq,) secutus a orci finibus collocavit, eo fortasse consilio, ut symbolice, ut aiunt, doceret nos dormientes atque somiantes in vitae mortisque quasi confinio versari.

ἠελίοιο πύλας. Sol, aurora, stellae apud H. prodeunt ex oceano, redeunt in oceanum[1]) H 421, Θ 485 Σ 239, 240, T 1, γ 1, τ 433, ψ 244, 347). Noster autem horum versuum memor secumque reputans Oceani sedem esse ἐπὶ πείρασι γαίης (Ξ 201, 301), aurorae vero choreas solisque ortus ab H. in Circae nsula (μ 4) id est occidentem versus collocari, solem ipsum ad orci fines in palatio fecit habitantem ex cuius porta quotidie mane, curru[2]) opinor, veheretur.

vv. 14—22. ad unum fere omnes in prima necyia leguntur.

15. incidunt animae procorum in Achillem. At ex v. 99 apparet tum demum Mercurium cum procis accessisse. Qui loci quomodo inter se possint conciliari, non video, nisi quis vel in hac recentissima Od. parte vv. 15—98 delendos esse censeat.

19. similis v. Π 644. nostro loco v. ὥς vix explicari potest.

24—97. Rectissime de hoc colloquio Ar. iudicavit: ἄκαιρος καὶ ἡ Ἀχιλλέως καὶ Ἀγαμέμνονο ὁμιλία. Cui lyticus quidam respondet: εὔκαιρος, ἀναπληροῖ γὰρ τὰ ἀλλαχοῦ παραλειφθέντα. Tanquam hoc esset Odysseae, quaecunque post Hectoris necem ante Troiam gesta sunt, ea omnia enarrare. Ipse Eustathius concedit quae de Achillis funere narrantur ex multis Iliadis locis esse sumta atque in unum coniuncta eaque magno H. ingenio vix esse digna (p. 1953), at nihilosecius ea quovis pacto excusat dummodone summorum criticorum sententiam probet.

30. τιμῆς ἀπονήμενος ἧσπερ ἄνασσες Sp. p. 201 sq.: „unicus qui huc vocari potest locus Υ 180 sq legitur, at vero hic unicus ipse ἀθετεῖται."

32. 3. hos versus iam α 239 sq. legi Sp. indicavit; et multo aptius quidem de Telemacho quam de Oreste, quippe qui Aegistho occiso maximam in orbe terrarum gloriam assecutus sit.

---

[1]) a qua ratione nescio an sit alienus κ v. 191.

[2]) currum equosque solis lunae aurorae H. non novit, (ψ 243—5 suspicione non carent) quadrat haec opinio in illud tempus, quo hymni h. orti sunt. cf. hy. Sol. 9, Min. 14, Lun. 9.

39. 40. Eust. laudat Π 775 sq. ἱπποσύνῃ v. Il.

41. ἡμεῖς δὲ πρόπαν ἦμαρ ἐμαρνάμεθ'. Adiectivi πρόπας nullam aliam apud H. Hesiodumque i venies formam nisi πρόπαν (προπάσας in Boeotia 493) eaque ipsa semper est in illa formula πρ. ἦμ ἐς ἠέλιον καταδύντα: (A 601, T 162, Ω 713, ι 161. 556, κ 183, μ 29, τ 424, Hes. Th. 596, hy. M 206) id quod qui posterius fuerunt poëtae videntur neglexisse. Cf. Hes. Th. 535, hy. Cer. 434.

42. antiquior poëta hanc rem perquam miram tam breviter narraturus fuisse est existimandus?

46. κείροντό τε χαίτας. Omnes Achivi an soli Myrmidones? Ceterum noster iustum exsequiar ordinem, quem quidem ex Il. cognoscimus, non servavit. Ibi enim tum demum Myrmidones ipseq Achilles comam tondent eaque Patroclum involvunt, quum iam in eo est, ut cadaver in rogum imponatu (Ψ 135. 152). Qua in re quanto prudentius egit Quintus et ipse mediocris sane ingenii poëta! (III 685 sq Nostro si fidem habes Achivi illi καρηκομόωντες per duodeviginti dies (tot enim inter Achillis necem f nusque intererant) calvi incedebant.

49. Sp. collato Σ v. 55 reprehendit poëtam, quod tanto timore perculsos fuisse Achivos narret, aufugerent [1]). Atque illud equidem ei libenter condonarem, at vero v. 50 difficillimus est ad explican dum. Neque id Ar. non animadvertit. Ille enim haec: ἄλογον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν νεῶν ὄντων αὐτῶν λέγει ὅτι δείσαντες τὰς Νηρηίδας ἔφυγον ἐπὶ τὰς ναῦς ἀπὸ τοῦ Μυρμιδόνων ναυσταθμου. Eust. quidem l. explicat: καὶ δὴ ἔβησαν πεφευγότες ἐπὶ νῆας. Noster sine dubio meminit Il. rh. B, longe autem ibi ali conditionem esse rerum secum non reputavit. Etenim in B Achivi Agamemnonis oratione mulierum libe rorumque commonefacti, vehementi patriae desiderio moti iamiam naves conscendunt. Nostro autem loco nulla est causa, cur mari se committant, nam βοὴ δ' ἐπὶ πόντον ὀρώρει illamque timent: navibus igitu deductis periculum, quod timebant, sponte adiissent.

51. Subtilius Ar.: καὶ Ἀγαμέμνων οὐκ ἐγείρει τὴν στρατιὰν ἀλλ' ὁ Νέστωρ. In B quoque Ulixe non Agamemno retinet Achivos.

57. οἱ δ' ἔσχοντο φόβου. Sp. contulit Γ 84: ὣς ἔφαθ' οἱ δ' ἔσχοντο μάχης ἄνεῴ τ' ἐγένοντο. φόβο v. Il., item φοβέω (π 163, Hes. Sc. 162) et φέβεσθαι (χ 299). Neve quis dicat hoc ea de causa esse it quod in Il. pugnae proeliaque describantur: haec vv. in Od. quoque adhibendi saepissime oblata e potestas.

60. Ar: καὶ τὸ ἀριθμεῖν τὰς Μούσας οὐχ ὁμηρικόν [2]). Ad quod lyticus quidam stulte responde τί κωλύει ἅπαξ; Apud Hesiodum semper v. μοῦσα invenies numerum pluralem, nusquam in vetustiori bus H. partibus. Item H. unam tantum novit μοῖραν (exc. Ω 49), tres Hesiodus (Th. 217, 904.)

61. Sch. V. ad Ω 720: δεινοπενθεῖς γὰρ οἱ βάρβαροι, ἀθετητέος δὲ ὁ Μουσῶν ἐπ' Ἀχιλλεῖ θρῆνος Atque huic quidem rei non magnam vim tribuerim [3]): at quae vitia deflorescente quasi poësi ingruere solent: iis noster quoque minime caret. Homerus et qui eum proxime secuti sunt poëtae nativa quadam simplicitate rerumque suavi narratione audientium animos devinxerant: posteriores poëtae, cyclici quique

---

[1]) Quintus, qui in Achillis funere enarrando nostri pressit vestigia, hac in re eum non secutus est.
[2]) novem Musas Hesiodi temporibus vindicavit Plutarchus. symp. qu. VIII, 14.
[3]) Welker: ep. Cycl. I. p. 373.

orum tempore erant rhapsodi, quod ingenio assequi nequirent, arte artificiisque efficiebant. Deos a
lympo deducunt in terram eosque familiariter quodammodo cum hominibus faciunt versantes, hominu
ontra vires resque gestas supra modum ornant et augent, novis atque inauditis rebus, prodigiis miraculis
ue audientium vel legentium animos deliniunt et permulcent. Fortissimi igitur h. l. Achivi Troianiqu
adunt, Jupiter ipse tempestate dirimit pugnam, Achivi tondent comam, Thetis Nereidesque ad castı
raecorum accedunt, omnes Achivi commoventur terrore, deae Achillem vestibus induunt, Musae prae
carum munere funguntur, per septemdecim dies interdiu noctuque et homines et di plorant, hecatomba
nactantur, cineres Achillis in urnam a Vulcano factam conduntur, ludorum funebrium praemia ab ips
is praebentur. Quantopere quae enumeravi ab h. simplicitate abhorrent!

62. τοῖον γάρ ὑπώρορε μοῦσα λιγεῖα Semper v. ὑπόρνυμι ab H. ita ponitur ut praepositio aliis v
aterioctis a verbo sit seiuncta. Ceterum cave, ne locum explices cum Crusio ita, ut suppleas Ἀργείου
so rührte die laut tönende Muse die A.) nusquam enim formae ὤρορα vis transitiva est, neque h. l. d
na Musa agit poëta (id quod Eust. putat). Esset enim poëtae prorsus insani modo novem modo una
Iusam facere canentem: hoc loco μοῦσα est idem quod ἀοιδή (Bothe, Faesi) „tam lugubris cantus e
ditus". Haec autem v. μοῦσα metonymia non est homerica[1])

68. Recte Sp. p. 202 „τεύχεσι ῥώσασθαι aut simile quicquam, si recte memini, apud Homeru
on legi."

70. idem versus saepius in Il. v. ἱππεύς Iliadis proprium.

v. 71. ab homerico loquendi more recedit. cf. Sp. p. 203.

73. Eust. τὸ δὲ ἐν ἀκράτῳ οἴνῳ καὶ ἀλείφατι τὰ ὀστᾶ τῶν τεθνεώτων τίθεσθαι σόφισμα ἦν το
ταραμένειν αὐτὰ εἰς μακρόν. Qui Graecorum mos nescio an ipsius Eustathii sit sophisma. In Iliade alite
e res habet cf. Ψ 250: πρῶτοι μὲν κατὰ πυρκαϊὴν σβέσαν αἴθοπι οἴνῳ quo facto ossa Patrocli 25
ἄλλεγον ἐς χρυσέην φιάλην καὶ δίπλακα δημόν. cf. Quintum III 723 sqq., qui licet in multis rebus nost
vestigia presserit, in hoc tamen ea prudenter reliquit. Noster rem confuse et perplexe videtur narrass

74. Bacchum deum H. forsitan non noverit, nusquam vinum donum ejus vocatur. (cf. ἔργ' Ἀφρο
δίτης, Δημήτερος ἀκτή, φλὸξ Ἡφαίστοιο, ἀρήια τεύχεα aliaque id genus.) De vase aureo cf. Ψ 243 s

78. 9. Recte Faesius: „lässt sich nicht grade als ein Widerspruch mit Il. Ω 574 betrachten." c
. 467—470 γ 109—112.

81. Ἀργείων ἱερὸς στρατὸς homines non sacri nisi in spuriis rh. vocantur. cf. Ω 681 ἱεροὺς πυλαο
ρούς et K 56 φυλάκων ἱερὸν τέλος. Aliter fortasse erit judicandum de verbis: ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο
ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο.

83. τηλεφανής ἅ. ε. neque apud H. neque apud Hesiodum adjectiva composita sunt, quae quide
a v. φαίνω ducuntur.

89. ἐπεντύνονται cf. Sp. p. 162 sq.

---

1) Apud H. est metonymia in vv. Ἄρης, Ἀφροδίτη, Ἥφαιστος; de v. Δημήτηρ dubito, etenim versu
quem Pseudoplut. de vita et poësi H. 23 laudat: ἦμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημητέρα βωλοτομεῦσιν nunc quidem apud
non legitur.

95. *τόδε.* Hoc v. vixdum intelligo.

97. *Αἰγίσθου ὑπὸ χερσὶν καὶ οὐλομένης ἀλόχοιο* et 200 *κουρίδιον κτείνασα πόσιν.* nusquam (n necyia quidem λ 430, 439) ipsa Clytaemnestra conjugem interfecisse dicitur. Qua de re bene dispu Sp. p. 49 sqq. cf. Schol. ad A 7.

99. cf. ea quae ad v. 19 dixi.

104. Noster sine dubio hospitium Agamemnoni esse cum Melaneo ipse finxit eo consilio, ut c quium, quod sequitur, institui atque comparatio Ulixis et Agamemnonis perfici posset. Atque ille Am medon omnia recordatus est, (122) quae facta erant, quo tempore Ag. in Ithaca versabatur, Ulixem au neque ipse neque alii majores natu proci (160) agnoscere potuerunt.

106. *ἐρεμνὴν γαῖαν.* Adjectiva *ἐρεβεννός* et *ἐρεμνός* Od. non sunt. (λ 606 *ἐ. νυκτὶ ἐοικώς*, quem ver jam Alexandrini Atticis illis, a quibus homerica carmina in eum, quem nunc tenent, ordinem redacta e accepimus, adscribunt.) *γαῖα* vero nunquam ab H. *ἐρεμνή* vocatur, post H. saepius. cf. Hes. Th. 3 Hy. Mer. 427.

109—113. iidem fere versus leguntur (id quod jam Eust. indicavit) λ 399—403. Ibi enim Uli ad Agamemnonem: utrum te, inquit, Neptunus oppressit tempestate, an hostes te bellum sive inferent sive propulsantem interfecerunt? Hoc loco pro numero singulari adhibendus erat pluralis, pro v. *μαχε μενον* scribendum erat *μαχεουμένους*: at versus repugnabat et ideo scripsit *μαχεούμενοι.* Sensus ve borum explicari quidem potest, sed inest quod offendat.

118. *μηνὶ δ᾽ ἄρ᾽ οὔλῳ.* Faesius: „hierdurch soll das bei Amphimedon vorausgesetzte Verlang befriedigt werden zu wissen, wie es dem Ag. auf jener Fahrt weiter ergangen sei.“ Quid? non quaeret, qui factum sit, ut totum mensem ille navigaret? Mihi hi versus abundare videntur.

120—190. Jam Amphimedon hospiti Agamemnoni exponit, qua de causa tot juvenes aequales inferos descenderint. Atque in prima quidem parte, quae est de Penelopae dolo, repetit eos versu quos jam bis legimus. (β 93—110, τ 139—156.) Unam addit rem, cujus notitiam ex Odyssea, qual quidem nunc est, non habemus. (147. 148): at altera, quam ex homericis suisque ipsius versibus poë conflavit, partim res tam breviter et obscure sunt narratae, ut qui earum antea fuerit ignarus Agamemn eas intelligere prorsus nequiret, partim ea referuntur, quae ipse Amphimedon nesciat, nisi quis anim mortuorum omnia scire statuerit. Id quod Arist. non fugit. (*πῶς δὲ καὶ Ἀμφιμέδων ἐπίσταται τὴν τοῖς ἀγροῖς ἐπιβουλήν;*)

148. 9. nil de hac re in Od.

149. *κακὸς δαίμων* ab h. verborum more alienus.

153. 4. jam leguntur π 169 sq., praeterquam quod vetustiorem formam *ἀραρόντε* mutavit.

164 cf. O. 242, ubi res secus est.

166. *ἐκλήισεν ὀχῆας.* cf. Sp. 203.

167. cf. φ. 1. *τῇ δ᾽ ἄρ᾽ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη — τόξον μνηστήρεσσι θέμεν πολι τε σίδηρον,* nisi forte noster meminit rh. τ. 584, quo loco Ulixes, ne certamen proferat, Penelopae suade

